



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blossii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

§. II. Gestus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

secu-
LUM SPI-
RITUA-
LE.
Ibid. 13.

dilexistis. Et rursus: *In hoc cognoscant omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* Tuigitur omnes homines, etiam inimicos & adversantes, sinceram charitate dilige, tamquam fratres vel sorores, eundem Patrem caelestem, eundem Creatorem & Redemptorem tecum habentes.

2.
Tamquam
imagines
Dei.

Expende apud te, quam illi praestantes sint creaturae, utpote nobilissimam Dei imagine secundum animam insignitae, & aeternae beatitudinis capaces: atque haec consideratio te incitet, ut eos amore & honore prosequaris. Deus enim solos Angelicos spiritus & homines ad imaginem similitudinemque suam fecit, dans eis rationem & intellectum: quam quidem admiranda dignitate, ipsi ceteras creaturas omnes longe antecellunt.

3.
Corpus
deforme
animam
sape habet
pulcherrimam;
ideo a di-
scipline
non ex-
cludatur

* Quando vides hominem deformem vel morbidum, non ob hanc deformitatem eum minus diligas, nec in consideratione corruptibilis mortalisque carnis sis, sed ad considerandam immortalis animae pulchritudinem te transferas. Tanta enim est elegantia & formositas animae rationalis, quam peccatorum sordes non deturpant, ut si tu eam clarius cernere posses, vix scires praer admiratione & gaudio ubinam esses.

* Haec
citata
videbis
apud tu-
docum
Lorichii
um de
Cura
corpore
ris, cap.

2.

Vera pulchritudo est spiritualis, & mentis oculo conspicitur. Homo facie teter, sed iustus, omnino praerferri debet homini qui

carne quidem formosus, sed vita & conversatione iniquus est: revera enim ille isto pulchrior est. Ceterum corpus hominis iustum quod modò deforme vel etiam aspectu horrendum est, resurget aliquando pulcherrimum atque gloriosum. Ergo dilige quemlibet hominem veram charitate, sicut praecipit Deus.

nequam
formoso
est longe
amabili-
or.

§. II. GESTUS.

Non praer te feras coram aliis vultum nimis severum, nec torvo aut amaro sis animo: sed transformatus in affectum bonitatis, praerbe te singulis quibusque dulcem corde, benevolum, favorabilem ac paratum. Quod si iram & indignatione citò permoveris exasperarisque, aut sentis te amarulentum adversus aliquem, non consentias huiusmodi vitio, sed reprime, mitiga & extingue illud quantum potes, dolens quod cor tuum adhuc sit tam acerbum.

1.
Ne sis er-
ga alios
torvus,
nec vul-
tuosus.

Humilia te ipsum, & Dei auxilium implora. Ubi is abundanter infuderit in te charitatis dulcorum, non jam ita amarulentus eris. Plerumque permittit Deus, ut etiam electi amici sui proniores sint ad iram, quò se ipsos penitus cognoscant, atque in humilitate melius contineant.

2.
Pete à
Deo man-
suetudinem.

§. III. BENEFICENTIA.

Adsis promptam voluntate his qui tua opera indigent. Atque illis potissimum qui te oderunt vel divexant, cor, faciem & verba amabilia exhibeto: ipsisque (dum res exigit) benefacito, & pro eis

1.
Omnibus
prompte
benefaci-
endum,
maxime
inimicis

Gg 2

pre-